

driennium ciborum vomitu molestus, ob imbecillitatem ventriculi ab intemperie frigidâ, causato, aliorum Medicorum & medicatricum operâ frustrancâ, feliciter à me est restitutus.

℞. M. Pil. d. Hier. cum ag. d. succino, assaier. a. ʒj. cum aq. absf. f. p. 27.

℞. Sp. aromat. Garyo. diaxyl. a. ʒj. Nuc. musf. ʒß. mac. caryo. cinnam. a. ʒj. fac. al. ʒ4. f. Tr. exh. cum crusta panis tosti vino mad.

℞. Ol. absf. ʒj. nard. mast. ment. a. ʒß. Nuc. musf. expressf. ʒ4. M.

℞. Cer. stomach. Gal. ʒj. Lad. cl. ʒß. M. ext. alutæ pro scuto stom.

### De ventriculi angustia,

#### OBSERVAT. I.

**N**obil. Virgo Maria Elisabetha Claudia de **Welden** / in **Lapheim** / diu pallida cum magnâ ventriculi angustia, aliis frustrancis.

℞. R. cich. fenic. tulci asper. an. ʒij. herb. absf. rom. centaur. min. card. b. hyss. chamædr. chamæpit. culc. a.

m.ß. Rhab. cl. ʒß. Rhapont. veri. ʒij. cinna. ʒiß. cum sind. al. f. fac.

Pro quart. ʒj. vini. Primo haustu quart. ß. assumpto, materiam viscosam ac mucilaginosam, pugni magnitudine vomitu rejecit & sospes evasit.

#### OBSERVAT. II.

**Q**uædam fœmina plebeia ex ventriculi imbecillitate, magnam sensit angustiam, cum resolutione virium.

℞. Ol. absf. ʒß. ment. nard. mast. a. ʒij. ol. nuc. musf. expressf. ʒj. M.

℞. Cer. stom. Gal. q.ß. ext. al. palmæ manus latitud. cum sind. rub. interpass. f. scut. stom.

Deprædicavit exin vires restauratas, corroborato scil. ventriculo.

### De angustia chronica ex hypochondriis sursum ad ventriculi cor & cerebrum pertingente.

#### OBSERVAT.

**C**um Theobaldus **Schwartz** / Juris Studiosus, Filius Archigrammat. Ulm. ex Academiâ Altorfensi domum reversus, chronico

affectu detentus, qui ab illius loci Medicis propulsari non potuit. Erat querela de insigni molestia & angustia, sub hypochondriis incipiente, sursum

furfum ad ventriculum, cor & cerebrum repente, quotidie per interval- la recurrente, erat suspicio à corruptis humoribus in mesenterii venis delitescens, exoriri vapores effu- mantes ad illas partes, eas vellican- tes. Cum meum expetiisset consili- um, ad vitiosos humores eliminan- dos, præscripsi primò pilulas, post vinum med. laxat. at sine profectu, quin symptomata perseverarent in pristino statu, cum animadverterem purgantia parum proficua, ratus, ad- esse quandam *δυσκολλησίαν* viscerum cõncoctioni inservientium, contra-

cta à potu cerevisiæ illic consueto, ad illam corrigendam.

℞. Sp. aromat. caryo. diagal. dia- nis. diaxyl. a. ʒʒ. diamb. ʒij. sac. fini. ʒij. f. Tr. Manè & vesperi cochl. cum crusta panis tosti vino genero- so, vel malvatico imbuti.

Liber ac inamunis à tantâ mole- stiâ evasit. Exin luculentum capien- dum exemplum, plerosque morbos solis pharmacis purgantibus non ce- dere, *ἢ κακοπρωίαν* viscerum interio- rum, quorum culpa humores vitiosi generantur, emendari queat, om- nem Medici conatum esse irritum.

### De Passione cholericâ funesta,

#### OBSERVAT.

**I**llust. ac Generosi Dn. Leopoldi ab *Herberstein* / Generosâ con- junx Baroniâ de *Madrus* / 60. excedens annum, in metropoli Ju- denburgensi superioris Styriæ, suum habens domicilium, cholericâ pas- sione gravissimis symptomatis stipa- ta decubuit, viridi ac virulentâ bile in tantâ copiâ deorsum, sed inprimis sursum per os re- cta, ut admirationi, ubi tam ingens saburra vitioso- rum humorum reservata, dum Na- tura pravâ eorum qualitate extimu- lata, ad excretionem, conjectura ob- orta, totam mesenterii regionem, iis fartam ac repletam, nec à ratio-

ne alienum, quin ex totius corporis venis confluerint etiam humores corrupti, ob debilitatem facultatis re- centricis. Consimilem casum com- miseratione dignum, observare mihi antea non contigit. Ego cum alio quodam Medico Italo in subsidium accersitus, etsi pro nostris viribus Naturæ periclitanti, suppetias ferre, in propulsando tam gravi morbo, anniteremur, sed instante fatali vitæ termino nostra opera erat frustra- nea, quin Ill. ægra, relicto terreno hoc domicilio, demigrare coacta, in ædes superas à cœlesti Janitore rese- randas.